



D. V.

COMMENTATIO

Ad Capituli XI. Danielitici comma XXXVI.
usq; ad finem.



Ivinè Irenæus, Episcopus olim

Lugdunensis: Omnes, dixit, Prophetias, pri-
usquam habeant effectum, enigmata esse & am-
biguitates hominibus: cum autem venerit tem-
pus & evenerit, quod prophetatum est, tunc eas
certam habere & liquidam expositionem. Nam

l. 4. advers.
hæres. c. 43.

uti passim Interpretes in vaticiniis expli-
candis *δὲς* *ἡ* *π* *α* *σ* *ῶ* *ν* invicem dissident: ita hîc vel maximè.
In eo conveniunt, actum fuisse hactenus de Imperiis Persico &
Macedonico, usque ad comma XXXVI. Sed an Daniel histo-
riam Antiochi Epiphanis superius v. XXI. cœptam pertexat, vel
antedictorum ἀνακεφαλαίωσιν instituat; an verò ad aliud

SUBJECTUM TRACTATIONIS digrediatur, est in contro-
versiam. Prior sententia arrisit Porphyrio, apud D. Hierony-
mum. quam præter alios operosè defendit Franciscus Junius,
eamque tuentur Hugo Broughtonus, Constantinus l' Empereur ab
Opwïck, Robertus Rollocus, & aliquamplurimi Commenta-
torum.

T. 4. Operū
h. l. Concē-
tu s. 117.
seqq.

§. 2. Alii verò nomine REGIS Imperium Romanum in-
telligunt. R. Selomo Jarchi: **המלך מלכות ארם** Rex
ille, regnum Edom. Et quidem Gabriel de Barlieti, auctor, ut vi-
detur, *ἡ* *π* *ο* *β* *ο* *λ* *ι* *μ* *ᾶ* *ς* ut & Johannes Coccejus contendunt, Ro-
manum Imperium à Propheta depingi sub utrâq; facie, tam pri-
stina, quam moderna. quatenus & veteri suberat idololatriæ
& nunc mutatae subjacet Religioni. Joan Calvinus sub Consuli-
bus tantum. Judæi sub Imperatoribus, nominatim Tito Vespasia-

Suspicioni-
bus de IV.
Monarchiis
& de Anti-
Christo, c. 5.
§. 5.
Brevi repe-
tit, ll de An-
ti-Christo
p. 74.

A

no